Quelle:
Copyright:



# Cod. CLXXXII.

Chartac: Fol: Sæc: ~~14~~ 15. 2 2.5.

1.

Hugonis de Prato Sermones dominicales.

3a – 214a

Hugonis de Prato Sermones dominicales, tam de Evangeliis, quam de Epistolis. Præcedit prologus, qui incipit: "Ecce dabit voci suæ vocem virtutis pro Ci / Quamvis a multis multipliciter sint conflati sermones &c. Circa prologi medium dicit author: Sermones dominicales de evangeliis et epistolis per totum annum ad dei honorem et proximorum salutem / et predicatorum comodum compilavi prout mihi divina gracia largita est / de brato scripture / Ego brium, dus de brato de florido ordine predicatorum minimus florens." Codex autem noster complectitur tantum Sermones de dominica prima Adventus ad Palmarum usque. Primus Sermo incipit: "Dicite filiæ Syon Ecce rex tuus venit tibi mansuetus Mt 21. / Istud tempus vocatur adventus domini &c. Habentur etiam in Cod. CXXXVII. num: 1.

2

Passio D. N. J. Chr. cum Comentario

230a – 242a

Passio D. N. J. Chr. cum commentario literali. Incipit "Scitis quia post biduum pasca fiet et filius hominis tradetur et crucifigetur Mt 26. Ista verba primæ partis passionis Dominus dixit discipulis suis." Author istius Commentarii adhuc me fugit: diversus enim est ab illis Comentatoribus passionis, quorum facta est mentio in codicibus præcedentibus.